

**Objec.** Dices secundo, *et hoc est corpus meum*, est sacramentalis locutio: ergo typica, ergo figurata et haec vera tropica.  
**Respon.** Respondeo: Nego consequentiam. Est enim haec sacramentalis locutio, quia per eam conficitur sacramentum verum, ut videlicet sub speciebus panis et vini, velut signo visibili, adstitutum, *et hoc est corpus meum*.  
**Raspone.** Quid sit sacramentum? Nam Sacramentum est proprium significans id quod continent et efficiunt. Nam Sacramentum est signum visible rei invisibilis, quam causal et effect, ut, cum dicitur: *Ego a baptismō*, id est abluto, non est sensus: Ego do signum, vel figuram ablutionis; sed proprie: Ego per hoc sacramentum abluto corpus, et per hoc abluto animam a suorum soribus peccatorum. Sic cum dicitur: Ego te absolvō, confirmo, inungo; non significat figura, sed sacramentalis, id est realis et propria, absolute, confirmatio, inunctio corporis et anime.

Ilaque si Christus hic per corpus intellexisset figuram corporis, debuissest se explicare et dicere: Ego loquor non tantum sacramentaliter, sed figuram et metonymice; alioquin Apostolis et toti Ecclesia dedisset occasiōnem manifestam erroris gravissimam. Ilaque non valet hec consequentia: Christus est in Eucharistia, quasi in Sacramento, et signo vel figura, ut commentarius Ambrosius aspergit hic, et subinde patres illi loquuntur; ergo revera ibi non est, sed figura tantum et tropice; nam contrarium inferendum est, scilicet: Ego non tropice, sed vere et proprie ibi est Christus. Quia Sacramentum signum est rei vera et presentis, non falsae et absentis. Sicut ergo hene sequitur: ibi est fumus, ergo ibi est ignis, quia fumus est signum ignis presentis: In hoc corpos est halitus, ergo in hoc corpos est vita, quia halitus signum est vita presentis; ita deinceps sequitur: Corpus Christi est in Eucharistia, quasi in Sacramento; ergo vere ibi est, quia Sacramento et species sacramentales significant se, quasi Sacramentum verum corporis Christi, vere illud ipsum continere.

**Objec.** *Caro non prodest quidquam.*  
**Respon.** Dices tertio: *Joan. vi.*, agens de hoc Sacramento Christus, dicit: «Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam.» Ergo caro Christi non est praesons, nec conceditur in Eucharistia.

Respondeo, id non posse dici, quia hoc sensu impium esset dicere, quod caro Christi pro nobis passa et crucifixa non prodest quidquam: prius confraterum toto illo cap. vi, disserit locet et ineuleat Christus, scilicet se carnem suam daturam pro mundi vita et redempione: ergo multum mundo et profuit et prodest caro Christi. Sensus itaque est, ut recte Cyrillus, *primo*, virtutem vivificandi, quam habet caro Christi in Eucharistia, non a se habere, sed a spiritu, id est divinitate Verbi, cui hypostaticē conjugitur.

**Secundo**, ut Chrysostomus, hanc manducatio-

nem carnis Christi in Eucharistia non fieri modo carnali, eam laniendo dentibus, instar carnis bulbuli; sed modo spirituali et spiritui accommodato, scilicet occulte, sacramentaliter, invisibiliter. Pericula enim hic carnem Christi comedere, ac si angelum latenter comederes et transglutieres. Contrarium enim utriusque ex verbis Christi erasse intellectis colligebant et aversabantur crassū Capharnaūm, contra quos tantum hoc dicit et affert Christus, ut patet ex precedentibus. Unde sequitur: «Verba quae locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.» *Spiritus*, id est, spiritualia sunt et spiritualiter intelligenda, quia scilicet carnem non modo carnali, cruentam, dissecatam, masticatam; sed modo spirituali, quasi spiritus esset, invisibiliter et indivisibiliter in Venerabilis Sacramento latenter comedebitis: itaque *verba Christi* vita sunt, » ita est vitalia sunt, et vitam audiendi, credenti et carnem meam comedenti conferunt.

**Objec.** Dices quartu: Impossibile esse videtur, ut Christus tantus sit in tam parva hostia, et tot diversis altariis. Videtur secundo, incredibile, quod Christus ibi sit, ut comedti possit a muribus, consupiti, evomi.

Respondeo ad prius: Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Hinc dicimus: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*. Plura potest Deus facere, quam misere homini, immo omnes homines et omnes angelos possint concipere: aliqui non esset Deus. Rursum, fides superat humanum captum: credenda sunt ista mysteria, non intellectu penetranda. *Fides*, inquit Augustinus, tract. 27 et 40 in *Joanem*, est credere quod non vides. Et S. Gregorius, hom. 26 in *Evang.*: *Fides*, inquit, non habet meritum, cum humana ratio prebeat experimentum. Praeclare ergo S. Thomas de hoc Sacramento canit: «Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides preter rerum ordinem.»

Rursum in Eucharistia non esse impossibile, ut Possibilis Christi corpus sit in tam parva hostia, ex simili demonstrari potest. Nam Christi corpus naturum est ex Virgine, clauso scilicet matris utero: ergo penetravit matris uterum, ita ut dum nascientur, ut similiter Christus resurrexit clauso separando, et ingressus est ad discipulos Janus clausis: ergo tunc in eodem loco fuit cum lapide separata et cum Janus.

Nunc sic argumento: Si duo corpora tota possunt esse in eodem loco, v. g. Christus et lapidis; ergo et duas partes ejusdem corporis, v. g. caput et pedes Christi, possunt esse in eodem loco, in eadem videlicet hostia. Si duae possunt esse simul, ergo et tres, et quatuor, et quinque, et quotquot Deus in eodem loco ponere volet. Idem docet Christus, *Matth. xix*, 24, ubi ait: «Facilius esse camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum celorum;

**tertio** Deus absolute potest divitem duocare ad celum: ergo et camelum per foramen acus, ergo et corpus Christi per parvam hostiam.

Jam si duo corpora possunt esse in eodem loco, ergo a pari idem corpus, scilicet Christi, potest esse in diversis locis et hostiis: utrumque enim pars est difficultatis, et pars potentiae ac virtutis.

**Tertio**, idipsum esse possibile, patet ex alio simil. Potest enim Deus angelum (imo angelus seipsum) in numero existente et contractum dilatare et expandere, ut totum cubiculum occupet potest: ergo a contrario potest Deus corpus per spatiū expansum, contrahere in punctum. Si enim illud potest, cur non et hoc? præseritum cum sit omnipotens: patet enim utroque est ratio et difficultas; nec unum magis involvit avertunt, cum tamen nullus aliud in sacra Scriptura, Patribus, Concilis ita fundatus et stabilitus sit, atque iste.

Ex dielis patet *primo*, in Eucharistia panem non manere, sed transsubstantiari in corpus Christi, et vitum in sanguinem, uti loquuntur Concilium Lateranense, et semper sensit Ecclesia: ac consequenter patet *secundo*, sola panis et vini accidentia hic remanere sine subjecto. Patet *tertio*, corpus Christi hic esse per modum substantiae, utrumque totum est in tota, et totum in qualibet parte hostie, uti docent patres Theologii. Jam singula haec consecrationis Eucharistia verba expendamus.

**Hoc.** — Nota, pronomen *hoc* non tam esse substantivum et individuum vagum (ut volunt nonnulli), quasi *hoc* significet hoc ens, hanc rem, vel hoc contentum sub his speciebus, sive patris ait, sive corpus Christi), quam esse adjectivum, idem, sed confuse significans, quod distincte et nominatum significat *corpus meum*. Sic enim accipitur in consecratione calicis: «Hic est sanguis meus.» Alioquin dicendum fuisset: *Hoc* est sanguis meus; sic dicitur: *Hic* est servus, hic est homo, etc., ubi *et hoc* quasi adjectivum non aliud demonstrat quam serum et hominem, quem confuse significat.

**Dices**: Cum Christus dixit *hoc*, nondum erat corpus Christi: ergo *et hoc* non poterat pro eo supponere. Respondeo, hanc orationem, uti est consecratio, non esse enuntiativam, sed practicam et efficacem; ac proinde *hoc* demonstrare id quod nondum est, sed quod per orationem fit, eaque finita erit.

**Instab.** Hec oratio practica, «Hoc est corpus *meum*, » significat, *Hoc* transsubstantiatur in corpus *meum*; ergo *hoc* designat panem; patet enim solus transsubstantiatur. Respondeo: Nego maiorem, scilicet transsubstantiationem hic primo et directe significari: tantum enim primo significatur corpus Christi hic fieri et esse, ita ut designando species designatur corpus; inde tamen secunda et consequenter sequitur, panem esse transsubstantiatum et desilisse. Patet hoc ex verbis calicis: «Hic est calix sanguinis.» Si enim haec primo significaret transsubstantiationem, debe-

In Ec-  
clesia  
panis  
manet.

Corpus  
Christi  
totum  
est in  
quali-  
bus parti-  
bus hostie.

Oratio  
consecra-  
tiva of-  
ficiis  
practica

Per se  
non  
significat  
in signifi-  
cante  
parte  
potest  
esse et  
desilire.



palix, sicut charta continet scripturam testamenti.  
Dices, Mattheus et Marcus habent: « Hic est sanguis testamenti; » quomodo ergo Paulus ait: « Ille calix, id est sanguis qui in calice contentus, est testamentum? »

Respondeo: « Testamen[t]um » dupl[iciter] sumi-  
tur: *Primo*, pro ultima voluntate testatoris; sic  
Mattheus et Marcus vocant « sanguinem testa-  
menti, » id est sanguinem quo confirmata est  
ultima voluntas Christi.

*Secundo*, « testamentum » significat scripturam,  
vel instrumentum hujus ultime voluntatis. Si  
sumit hic Paulus, ideoque ipsum sanguinem vo-  
cat « testamentum. »

Alludit hic Christus ad fodus Moysis in  
Christianum ad fodus Mosis, ad fodus Christi sanguinem. *Terzo*, secundum Deum, *Quarto*, secundum Deum, *Vero*.

Notia: Alludit hic Christus ad fodus Moysis in  
Deum et populum, sanctum sanguinem victimarum,  
Exodi xxiv, quod allegorice hoc fodus Christi sanguinem sanctum significabat.

Pro quo nota secunda: Solebat veteres foderis  
victimis et sanguine sancire. Unde Livius, lib. I,  
loquens de foderis inter Romanos et Albanos in-  
finito: « Positis, inquit, foderis legibus suis  
federalis: Populus Romanus prior non deficit; si  
prior defecisset, publico deserto, dolo malo, uillo-  
die, Jupiter, populum Romanum sic ferito, ut  
ego hunc porcum hodie feriam; tantoque magis  
ferito, quanto magis potes sollesque; et mox  
porcum saxo silice percurrit. » Et Virgilius, lib.  
VIII Aeneid., de Romulo et Tatio:

Armat Jovis ante aram, pateraque tenentes,  
Stahani, et casa junghant fdera porca.

Unde putant nonnulli fodus dictum a fedo  
scilicet animali, puta porco, quia in foderi tabac-  
tabatur, indequ phrasim manasse, qua fodus  
ferire, percutere, iure dicimur. Idem et multo  
ante inter fideles et veri dei cultores usi recep-  
tum fuit. *Hinc Genes. xv, 9, 10, 17*, Dominus in  
signum et confirmationem foderis eum Abraham  
initi jussit immolar bovem, arietem et capram,

dividitque per medium: quo facta lampas Deum  
significans ita divisiones pertransit, in-  
dicamus ita dividendum fore, qui fodus rumperet.  
Vide Jeremiā, cap. XXXIV, vers. 48, unde בְּרִית  
הַדָּבָר, id est fodus, hebreica plerique בְּרִית  
bārīt, id est dividere, per metathesis deducunt. *Hinc*  
*Cyrillus*, lib. X *Contra Julian.*, sub finem, ex So-  
phocle doceat apud posteriores id servatum, sci-  
licet ut cuncte per medium ignom, et ferrum ma-  
nibus ferentes facerent iuramenta: idem factum  
in foderi Dei cum Moyse et Iudeis, Exodi XXVI.

Sanguis enim victimarum divisus est, ut signifi-  
carebatur eum, qui pactum violaret, simili modo  
sanguine suo violatam foderis fidem luiturum.  
Quia vero pactum feriebatur inter Deum et popu-  
lum, oportebat ut tam Deus quam Israel sanguine  
dividerent, eoque aspergerentur; et cum  
Deus sit incorporeus, ut sanguine aspergi non  
possit, hinc altare sacrificiorum ejus vice san-  
guine tinctum fuit.

Simili modo Christus Dominus novum fodus  
et testamentum sancivit seipso et sanguine suo  
quasi victimam et sanguinem victimae federalis; prae-  
sentim quia haec victimam et sanguinem promeruit  
nobis redēptionem, gratiam, hereditatem et  
omnis bona quae in hoc fodus nostro nobis pro-  
misit, ad Hebr. cap. ix, vers. 13 et seqq. Idque  
expressit hic in institutione Eucharistiae, dicens:

« Hic calix novum testamentum est in meo san-  
guine, id est, ut S. Mattheus clarus explicat:  
« Hic est sanguis novi testamenti. » Unde contra  
Sacramentarios validum pro veritate corporis  
Christi interrogantes argumentum: si enim vero san-  
guine vetus sanctum est fodus, ideoque intelligitur  
cum dicitur Exodi XXV, 8: « Hic est sanguis  
federis, quod pepigit Dominus vobiscum; » utique  
et vero sanguine sanctum est fodus novum,  
ideoque intelligitur cum dicitur: « Hic est sanguis  
novi testamenti. » Hic enim vetus, novi et veri  
erat typus, ad quem certum est Christum his re-  
pexisse.

Dices: Christus vocat « sanguinem novi testa-  
menti, » non foderis, ut suum vocat Moses,  
Exodi xxiv; ergo dissimilis est haec sanguinis la-  
tio, Jupiter, populum Romanum sic ferito, ut  
ego hunc porcum hodie feriam; tantoque magis  
ferito, quanto magis potes sollesque; et mox  
porcum saxo silice percurrit. » Et Virgilius, lib.  
VIII Aeneid., de Romulo et Tatio:

Armat Jovis ante aram, pateraque tenentes,  
Stahani, et casa junghant fdera porca.

Unde putant nonnulli fodus dictum a fedo  
scilicet animali, puta porco, quia in foderi tabac-  
tabatur, indequ phrasim manasse, qua fodus  
ferire, percutere, iure dicimur. Idem et multo  
ante inter fideles et veri dei cultores usi recep-  
tum fuit. *Hinc Genes. xv, 9, 10, 17*, Dominus in  
signum et confirmationem foderis eum Abraham  
initi jussit immolar bovem, arietem et capram,

dividitque per medium: quo facta lampas Deum  
significans ita divisiones pertransit, in-  
dicamus ita dividendum fore, qui fodus rumperet.  
Vide Jeremiā, cap. XXXIV, vers. 48, unde בְּרִית  
הַדָּבָר, id est fodus, hebreica plerique בְּרִית  
bārīt, id est dividere, per metathesis deducunt. *Hinc*  
*Cyrillus*, lib. X *Contra Julian.*, sub finem, ex So-  
phocle doceat apud posteriores id servatum, sci-  
licet ut cuncte per medium ignom, et ferrum ma-  
nibus ferentes facerent iuramenta: idem factum  
in foderi Dei cum Moyse et Iudeis, Exodi XXVI.

Sanguis enim victimarum divisus est, ut signifi-  
carebatur eum, qui pactum violaret, simili modo  
sanguine suo violatam foderis fidem luiturum.  
Quia vero pactum feriebatur inter Deum et popu-  
lum, oportebat ut tam Deus quam Israel sanguine  
dividerent, eoque aspergerentur; et cum  
Deus sit incorporeus, ut sanguine aspergi non  
possit, hinc altare sacrificiorum ejus vice san-  
guine tinctum fuit.

misticchio explicant subtū: « Et in lege eius no-  
huerunt amulare. » *Recte*, inquit S. Hierony-  
mus, in *Jerem. xxxi, 1*, testamentum appellatur  
pactum, quia in eo voluntas atque testatio eorum  
qui pactum inuenit, continetur. »

Hinc rursus factum est ut Christus et S. Paulus  
Iustus, Septuaginta secuti, per sanguinem testamenti  
intelligunt sanguinem foderis, sive in genere,  
sive maximum et arcuissimum illius, quod morte tes-  
tatoris obsignatur: tamen primò quam secundo  
modo acipi potest haec *testamentum*. *Primo* quidem:  
Eucharistia enim sanguinem Christi, ut arrham nobis ad promissionis et pacis de eterna  
hereditate, sive foderis de nobis sic init.

*Secundo* vero modo, quia fodus hoc ultima  
fuit voluntas Christi, adeoque fodus testamentorum,  
maximum et firmissimum. Unde et docet  
Apostolus Christum testatorum morte sua testa-  
mentum hoc obsignasse. De hoc Christi foderre  
plura dicunt ad Hebr. vii, 10.

*Hoc factus* — quod ego jam feci: nimur consacra-  
re, offerte in sacrificium, sumite, distri-  
buite Eucharistiam, ut ego consecravi, obulti,  
sumpsi, distribui. Unde bīc Apostoli ordinati  
sunt sacerdotis, Ita Concilium Tridentinum, sess.  
XXII, cap. i, ex Ecclesiæ perpetuo consensu.

Dices: Christus non dicit hic: Ego sacrificeavi,  
vos etiam sacrificeate.

Respondeo: Similiter non dixit: Ego Sacra-  
mentum institui, vos hoc sacramentum, hanc  
eucaristiam celebrare. Nec in cruce dixit: Ego me  
offerō in sacrificium, sed reip̄sas hoc fecit. Sic et  
consecratio hec erat realis oblationis sacrificii, quia  
per eam, quasi realē transmutationē et trans-  
substantiationē in honorem Dei ponebatur et  
offerebatur nobilissimum victimam Deo, scilicet cor-  
pus Christi, idque in speciem occisi et mortui  
animalis; scilicet corpus separatum a sanguine,  
quantum est ex parte consecrationis.

*Secondo*, Eucharistiam esse sacrificium, innit  
postquam cenavit, q. d. Post agni sacrificium  
typicum instituit Christus verum et nobile Eu-  
charistie sacrificium per agnum adumbratum:  
cumque agnum paschalis fuerit sacrificium et ty-  
pum Eucharistie, ut omnes docent, sequitur et  
Eucharistiam esse sacrificium.

*Tertio*, vox testamēti innit idem Eucharistie  
sacrificium: sanguis enim quo foderis sancti-  
ficabantur, erat sanguis victimarum. Sicut ergo cum  
dicitur Exodi xxiv, 8: « ille est sanguis foderis,  
quod pepigit Dominus vobiscum, » intelligitur  
sanguis victimarum et sacrificii, quo sanctum est  
fodus vetus; ita cum dixit Christus: « Hic est  
sanguis testamenti, » debet intelligi sanguis sa-  
crificii, quo sanctum est novum Testamentum,  
quod per vetus fodus, sanguinem et sacrificium

quod prefiguratum. Denique in sola Eucharistia  
Christus proprius et perfecte est sacerdos secun-  
dum ordinem Melchisedech. Nam in cruce (si vic-  
timam) <sup>et</sup> que mactationem, oblationes et san-

guinis effusionem species) Christus non fuit sacer-  
dos secundum ordinem Melchisedech, sed secun-  
dum ordinem, id est similitudinem, Aaron. Ita Patres, quos vide apud Bellarmimum, lib. I De  
Missa, cap. vi et xii, est quod hic sensus Ecclesiæ  
et consensus omnium secularium.

Dices: Eucharistia est commemoratione sacrificii  
crucis, ergo non est sacrificium. Respondeo:  
Nego consequentiam, sic enim vetera sacrificia  
erant vera sacrificia, etiam si representarent sacri-  
ficii crucis. Pari modo Eucharistia est verum  
sacrificium, etsi fiat in commemoratione sacri-  
ficii crucis.

## 26. QUOTUSCUNQUE MANDUCARITIS PANEM HUNC, ET VERA

CALICEM BIBETIS, NORTEN DOMINI ANNUNTIARIIS, —  
tum verbo (hinc in Canone Missæ dicitur: Unde  
et nos memorē tam beatæ passionis), tum potius  
factis et rebus, representabilis non tam vobis  
quano populo mortem Christi: Ita Anselmus,  
Theophylactus, Ambrosius. Pro annuntiabitis,  
Syrus verit, in memoriam revocatis: Hebrewum  
enim זכֵר הָצֵלָה, significat commemorare, an-  
nuntiare, concionari, predicare.

Moraliter Theophylactus: « Eo, inquit, affectu  
debet esse imbuti cum sumitis Eucharistiam,  
perinde quasi in illa ipsa Christi essetis vespa-  
rea, adeoque cena, eidemque accumberebis toro, et  
ad ipsa Christo acciperetis sacrum istud: illi  
enim ipsa est cena, et illam ipsam mortem an-  
nuntiamus, id est demonstramus, usque ad se-  
cundum ejus adventum. »

Nota, mortem suam praे vite sue gestis alii  
jubent Christus annuntiari, quia morte consum-  
matum est Christi testamentum, et ultima volen-  
tia eius, ad redemptio[n]em, et extremum Christi in  
nos amor, quo pro nobis mortem subiit, quorum  
omnium memoriale est Eucharistia.

Tropologie, S. Basilus in *Regula breviori*,  
Reg. 234: « Mortem Domini annuntiamus cum  
mormur peccato, vivimus Christo; seu, cum  
mundus nobis crucifixus est, et nos mundo. »

Euchariastis sacrificium et sacramentum publice  
duraturus usque ad secundum Christi adventum,  
et Antichristum, qui illud tollet, saltem ne  
publice fiat, fieri possit, ut predixit Daniel  
cap. xiij, vers. 11. Hoc significat Paulus, dum ait:  
« Donec veniat, » supple, ipse Dominus gloriou[s]  
ad judicium. Unde, ut ait D. Thomas, patet ri-  
tum hunc Eucharistie duraturum usque ad finem  
mundi.

27. QUICUMQUE MANDUCAYERIT PANEM HUNC, VEL BI-  
BERIT CALICEM DOMINI INDIGNE, REUS ERIT CORPORIS  
ET SANGUINIS DOMINI, — violati nimis, indigne  
sumpti et tractati, ut a Iudeo et Iudeis tractatus  
fuit. Ita Photius, Theophylactus et Chrysostomus.  
« Reus est talis, ait Chrysostomus et Theophylac-  
tus, cœd s. Dominice, ac si Dominum occidisset  
et Christi sanguinem effudisset. » Quod commode

et per proportionem quamdam accipit: nam absolute magis peccatum fuit homicidium, immo dei-cidium Christi, quam communio et sumptus Eu-charisticie indigna, sicut major injuria est regem occidere, quam consupere aut consupercare. Chrysostomus consentit Ambrosius, in cap. x Hebr. : « Hoc peccato, ait, concutatur corpus Domini. » Et Cyprianus, serm. De Lapsis : « Vis, inquit, interficit corpori Domini, et ore ac manus in dominum delinqutur. » Vide eum, et optimo id tractantem Basilium, serm. 2 De Baptismo, cap. iii. Sic enim regi gravem injuriam facit, qui ejus mense accumbit, retinens hostilitatem contra eum in animo : sic et qui omni peccato mortali accumbit mense Christi; et longe magis, quia ipsum Christum manducat, et in corde hostiliter recipit.

Nota 2. vel hiberit : ergo sufficit altera species in communicando et manducando S. Eucharistia.

Secondo, hinc patet, in Eucharistia verum esse Christi corpus. Non enim de nudo signo verum est, quod nisi illud indigne sumit, reus erit corporis et sanguinis Domini. Adde, si cum Calvinus dicas eum qui indigne communicat, reus esse corporis Domini, non quia illud in se, sed quia ejus imaginem, scilicet Eucharistiam, violavit : inde saltum sequitur, imagines (qualem aiunt esse Eucharistiam) esse venerandas, et iconoclastas qui eas violent, reos esse corporis et sanguinis, tum Christi, tum Sanctorum : quomodo ergo Calvinus cum suis eas frangere et temerare audet?

28. PROBET AUTEM SEIPSUM HOMO, ET SIC DE PANE ILLO EDAT. — « Probet, » hoc est se examineat, num aplausus et dignus dispositus ad tantam mysteria; atque ad ea decenter et congrue se purget et preparet, non ut examinet an habeat fidem (ut vult Calvinus : illam enim presupponit habere; loguitur enim Apostolus de fidelibus Corinthiis; et secundum Calvium quisque certissimum est, fide divina credere debet se habere hanc fidem, ut secundum Calvinum examine non sit opus), sed an sibi sit conscient alius peccati, maxime mortalis, v. g. ebrietatis ac superbie, ut dixi vers. 21, illudque purget contritione et confessione. Hanc enim confessionis probationem ex jure divino, seu Christi institutione requirere et intelligere Apostolus docet Concilium Tridentinum, ses. XIII, can. 7. Idem MCC annis ante Concilium Tridentinum docuit S. Leo, epist. 91 ad Theodor. Forjul., et Cyprianus, serm. De Lapsis. Deinde « probet se ita, ut venialis peccata, eorumque radices serio proposita et pia ad Deum oratione evellentur. Ita Chrysostomus et Ambrosius. Hinc Christus post cenam agni et communem, ante Eucharistiam, lavit pedes discipulorum, etiam Iudeus, ut significaret qua puritate ad tantam mysteria accedendum sit, Joan. xiii.

Ad hanc probationem strenuus acer est, si

serio cogitetur id quod ait S. Gregorius, lib. IV Dialog., cap. LVII : « Hec singulariter victimam ab eterno interitu animam salvat, quem illam nobis mortem Unigeniti per mysterium reparat, qui licet resurgens a mortuis jam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur, tamen in semetipsa immortaliter atque incorruptibiliter vivens pro nobis iterum in hoc mysterio sacra oblationis immolatur. » Et paulo inferius : « Quis enim fidem habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros, summis ima sociari. Terra celestibus jungi, unum quoque ex visibilibus atque invisibilibus fieri. » Unde mox cap. LIX, subdit: « Sed necesse est, ut cum hec agimus, nosmetipso Deo in cordis contritione mactemus : quia qui passionis Dominice mysteria celebramus, debemus imitari que agimus. Tunc enim vere pro nobis hostia erit Deo, cum nos ipsos hostiam fecerimus. »

Cogitetur et istud nostri Thome Theodicti, lib. IV De Initiat. Christi, ii: « Ita magnum, novum et iucundum tibi visideri debet, cum celebras aut Missam audiis, ac si codem die Christus primum in uterum Virginis descendente homo factus esset, aut in cruce pendens pro salute hominum patretur et moreretur. » Hoc cogitabat, hoc facebat S. Cassius, Narniensis Episcopus, « Cui, ut scribit S. Gregorius, hom. 37 in Evang., mos erat quotidiana Deo hostias offerre, cumque ad horam sacrificii venisset, velut totus in lacrymas deflens, semipeltis cum magna cordis contritione mactabat. » Unde a Domino audire meruit : « Age quod agis, operare quod operaris; non cesset pes tuus, non cesset manus tua: natili Apostolorum venies ad me, et retraham tibi morem tuam. » Mortuus ergo in festo S. Petri et Pauli, evolavit in celum. Ita et S. Gregorius quotidie Missam magna cordis compunctione et preparatione celebrabat; cumque quadam vice compreserit quemdam pauperem in loco semotio mortuum esse repertum, Missa per aliquot dies abstinuit, deditque se lamentis ut expripi culpam, quasi sua negligenta pauper illae fame mortuus esset, cum tamen ipsius charitas et sollicitudo esset tanta, ut omnibus pauperibus non tantum Romae, sed et totius pene Italiae de necessaria vita provideret. Ita S. Thomas de Aquino, etiam moriturus, per uberes lacrymas ad S. Synaxim se comparabat.

29. QUONIAM MANDUCAT ET BIBIT INDIGNE, JUDICIUM SIBI MANDUCAT ET BIBIT (id est damnationem, ait Chrysostomus), NON DILUDICANS CORPUS DOMINI, — sed eo tanquam promiscuo, communi et indifferenti cibo utens. Ita Photius et Anselmus. Nam, ut ait S. Justinus, in orat. ad Antonium Pium Imperatorem : « Nos Christiani Eucharistiam non ut communem cibum sumimus, sed creditimus quod, sicuti per verbum Dei, Dci Filius factus est homo, ita per verba consecrationis in Eucharistia fiat et

fi caro et sanguis Christi. » Quocirca S. Francis cus scribens ad sacerdotes Ordinis sui, ut habetur tom. V Bibliotheca SS. Patron, in fine : « Audite, inquit, fratres mei, si B. Virgo honorificatur (ut por est), que ipsum portavit sanctissimum utero suo; si B. Joannes Baptista contremuit, et non audiebat tangere Domini verticem; si sepulcrum in quo per aliquod tempus jacuit, sic veneratur: quantum debet sanctus, justus et dignus, qui non jam moritur, sed in eternum vieturum, et glorificatum, in quem desiderant angelos propiscere, contrectat manibus, corde et ore sumit, et alias ad sumendum praebet, percelli et contremiscere? » Et mox : « Magna et misera iniquitas infirmata est, ut mox, ut synaxim, invicem omnes expectent pro agape celebranda: vel potius, ut dixi vers. 21, ut invicem expectent pro cena previa synaxi, ut scilicet ante synaxim simul ad coenam hanc omnes convenientem communam charitatem et concordiam, in equae modestae et sobrie sese reficiant, ut non indigne, scilicet in ebrietate et discordia, accedant deinde ad corpus Domini sumendum. Si quis communem hoc prandium, vel potius coenam, exceptare non possit, iubet Apostolus ut egradiatur potius dominum, ibique comedat. Ad ruborem eorum hoc dicit: ita Theophylactus, OEcumenius, Chrysostomus.

Hinc deducitur moris tum fuisse, ut communiciatur toto coejejunant usque ad coenam communem; ideo enim orientes ad eam venisse videt Apostolus. Alter Anselmus: « Si, inquit, non potest quis exceptare sanctam synaxim jejunans, domi manducet, sed ita ut postea non communiceat in ecclesia. » Verum prior sensus genuinus est (2).

UT NON IN JUDICIO (puta in condemnationem, per superbiam, gulam, ebrietatem, inobedientiam) CONVENIAT.

CETERA AUTEM, CUM VENERO, DISPONAM. — « Cetera, » nimis quae spectant ad dignam et honestam Eucharistie celebrationem. Est hic locus illustris pro traditionibus Ecclesiasticis. Vide S. Augustinum, epistola 118: « Talis, ait S. Augustinus, traditio est, ut Eucharistia sumatur a jejunis, cum tamen Christus post cenam eam instituerit. » Rursum, ut vino aqua immiscatur. Ita S. Cyprianus, epist. 63 ad Cecilianum. Rursum, ut Missa pro vivis et defunctis offeratur, idque tali ritu, ornata sacerdotis, altaris, etc.

Nota olim hoc ritu Christianos communis: Primo, jejunabant usque ad coenam Dominicam, ut colliguntur vers. 34: « Si quis esurit,

(1) Alii alteri interponendum censem, scilicet: Si autem panum a Domino (hinc vite malis), castigauerit, ne, etc.  
(2) Alii ιδειγητοι, exceptate, ponunt pro ιδειγητοις, benigno et amico vos invicem exceptite et tractate.

Si quis esurit de diatribis dicitur, quos non vult Pa-

lus famem integrum ad hanc coenam communem affere atque expire. Nam ad multum charitatem insu-

bant illa agape, et usus Eucharistia

*Quid fuit  
rit De-  
munciale?*

domi manducet. Secundo, populus panem et vi-  
num offerebat in ecclesia certo loco Diaconis; hi  
ferbant ad altare: communicaturis apponereban-  
tur tabellæ, quasi mensulae, ut hodie ad men-  
sam lineo stratum communicat populus. Ante  
communionem clamabat pree: «Santa sanc-  
tis.» Tum sacerdos dabit dicens: «Corpus  
Christi.» Respondebat accipiens: «Amen.» Illud  
autem accepit non ove, sed manu, viri nuda  
dextera superposita sinistra per modum crucis:  
unde et manus ante labavat; femine vero manus  
velata mundo lineo, quod Dominice vocaba-  
tur, ut iubet Concilium Altissiorense, can. 101, qui sic habet:  
«Si quis immaculati corporis, in synaxis tempore  
esse particeps voluerit, etiam antequam ejus fiat  
communio, manus in crucis formam figurans sic  
acecedat, et gracie communionem accipiat: eos  
enim qui ex auro, vel alia materia, quedam  
loco manus receptacula efficiunt, et per ipsa  
immaculatam communionem recipiunt, minime  
admitimus, at qui inanimata materiam Dei  
imagini præferant.» Deinde quisque manus sua  
acceptam Eucharistiam, in os ingrebat, scilicet  
sub una specie panis, eamque quotidie jejuni su-  
mebat. Tempore S. Cypriani sumebant quoque *Quo tempore*  
*Eucharistiam sub specie vini, ut in persecutione,* pree et  
bus per susceptionem sanguinis Christi magis  
animum patitur ad martyrium et sanguinem effusum.  
*Ritua sa-  
cra-  
menta sub spe-  
cie vini?*

«Non licet, inquit Concilium, mulier nuda manus  
Eucharistiam sumere.» Et can. 39: «Unaquaque  
mulier, quando communicat, Dominicae suum  
labeat. Quod si non habuerit, usque in alium  
item Dominicum non communicet.» Et Cyrus  
llosomylitanus, *catechesi* 5 mystag.: «Acce-  
dens autem ad communionem, inquit, non ex-  
pansus manuum velis accedo, neque cum disjunctis  
digitis, sed sinistram velut sedem quandomad  
subicias dexteræ, que tantum Regem suscepitur  
est, et concava manu suscipe corpus Christi, di-  
cens: Amen.» Quinimo idipsum sanxit VI Syno-

dus Constantiopolitanus, can. 101, qui sic habet:  
«Si quis immaculati corporis, in synaxis tempore  
esse particeps voluerit, etiam antequam ejus fiat  
communio, manus in crucis formam figurans sic  
acecedat, et gracie communionem accipiat: eos  
enim qui ex auro, vel alia materia, quedam  
loco manus receptacula efficiunt, et per ipsa  
immaculatam communionem recipiunt, minime  
admitimus, at qui inanimata materiam Dei  
imagini præferant.» Deinde quisque manus sua  
acceptam Eucharistiam, in os ingrebat, scilicet  
sub una specie panis, eamque quotidie jejuni su-  
mebat. Tempore S. Cypriani sumebant quoque *Quo tempore*  
*Eucharistiam sub specie vini, ut in persecutione,* pree et  
bus per susceptionem sanguinis Christi magis  
animum patitur ad martyrium et sanguinem effusum.  
*Ritua sa-  
cra-  
menta sub spe-  
cie vini?*

## CAPUT DUODECIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Transit Apostolus, et tribus sequentibus capitibus disputat de gratiis, tum gratiis datis, tum gratiis facientibus. Iloc capite doce primum, gratias gratis datas varie a Spiritu Sancto distribuit.*

*Secundo, vers. 12, ad hoc utitur exemplo corporis humani, quod licet unum sit, multa tamen et varia habet membra: indequod concludit, quemlibet in Ecclesia suo gradu et gratia contentum, debere illo fungi et uti ad commune bonum; ut quasi membra invicem se omnes juvent et fovent.*

*Hinc tertio, vers. 28, asserit Christum providisse Ecclesie de variis hominum statibus, ut alii sint Apostoli, alii Prophetæ, alii Doctores, etc.*

1. De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres. 2. Scitis quoniam cum Gentes esse-  
atis, ad simulacra muta prout ducebantur euntes. 3. Ideo notum vobis facio, quod nemo in  
Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in  
Spiritu Sancto. 4. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: 5. et divisiones  
ministracionum sunt, idem autem Doctinus: 6. et divisiones operationum sunt, idem vero  
Deus, qui operatur omnia in omnibus. 7. Unicunque autem datur manifestatio Spiritus ad  
utilitatem. 8. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientia: ali autem sermo scientia  
secundum eundem Spiritum: 9. alteri fides in eodem spiritu: ali gratia sanitatum in  
uno spiritu: 10. ali operatio virtutum, ali propheta, ali discretio spiritum, ali genera  
linguarum, ali interpretatio sermonum. 11. Haec autem omnia operatur unus atque idem  
Spiritus, dividens singulis prout vult. 12. Sicut enim corpus unum est, et membra habet  
multa, omnia autem membra corporis eum sint multa, unum tamen corpus sunt: ita et  
Christus. 13. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive  
Iudei, sive Gentiles, sive servi, sive liberi: et omnes in uno spiritu potiti sunt. 14. Nam

et corpus non est unum membrum, sed multa. 15. Si dixerit pes: Quoniam non sum  
manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? 16. Et si dixerit auris: Quo-  
niam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? 17. Si totum  
corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? 18. Nunc autem posnit Deus  
membra, unumquodque eorum in corpore sicut voluit. 19. Quod si essent omnia unum  
membrum, ubi corpus? 20. Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus.  
21. Non potest autem oculus dicere manui: Opera tua non indigeo; aut iterum caput  
pedibus: Non es mihi necessarius. 22. Sed multo magis quae videtur membra corporis  
infirmitore esse, necessaria sunt; 23. et que putamus ignobiliora membra esse corporis,  
his honorem abundantiore circumdamus; et quae inhonestae sunt nostra, abundantiore  
honestatem habent. 24. Honesta autem nostra nullius agent: sed Deus temperavit corpus,  
ei, cui debeat, abundantiore tribuendo honorem, 25. ut non sit schisma in corpore, sed  
id ipsum pro invicem sollicita sint membra. 26. Et si quid patitur unum membrum, com-  
patiuntur omnia membra; sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.  
27. Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro. 28. Et quosdam quidem posuit  
Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes,  
exinde gratias curationum, opulationes, gubernationes, genera linguarum, interpreta-  
tiones sermonum. 29. Numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? numquid  
omnes Doctores? 30. numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curatio-  
num? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? 31. Admula-  
mini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

Agit hic Paulus de gratiis datis, ut pro-  
phetia, dona linguarum, gratia curationum, etc.;  
huc enim fidelibus initio Ecclesie affatim a Spi-  
ritu Sancto donabantur, ut donata sunt Apostoli  
in Pentecoste. Occasio agenda de illis erat, quia  
Corinthii de his donis se jactabant, aliis illis ornatim  
vtebantur, aliis dolebant, quod ea non  
acciperant, que illis data erant. Docet ergo Apostolus,  
que, quales, quante, sint ista gracie, et  
quomodo illis uti quisque debeat.

*Ven. 1. 1. DE SPIRITALIBUS (donis scilicet Spiritus  
Sancti) NOLO VOS IGNORARE, FRATRES, — sed doc-  
eo vos ea que ibi subiecto. Ita Anselmus (I).*

*Ven. 2. 2. SCITIS QUONIAM CUM GENTES ESSETIS, AD SIMU-  
LACRA MUTA PROUT (ceu quendam muncipia) DI-  
CERAMINI (a consuetudine, institutione majorum  
et sacrificiorum, atque a demonis impulsu) EU-  
TETE, — id est ibatis. Greci ἀπτύγμα, abducti, id  
est abducemini. Ponitur hie de more Hebreo-  
rum participium pro verbo, scilicet præterito  
imperfecto, iuxta Can. 29. Sic Rom. XII, 11 :  
«Spiritu, inquit, ferventes, id est fervete; » Do-  
mino servientes, id est servite; » eis gaudentes,  
id est gaudente, etc. Ita S. Chrysostomus, q. d.*

*Memento, o Corinthii, quod cum Gentiles esse-  
atis, colebatis idola, id est lapides et saxa muta,  
que nihil habent spiritus, sensus, loquela, vi-  
goris aut virtutis, et multo minus suis cultoribus*

(1) *Spiritalibus, hominibus scil. qui facultate aliqua  
mutis concessa ceteris præstant: ita multi, sed mi-  
nis recte.*

*tione  
prochr  
trans-  
ma.*

illa communicare possunt. Jam vero facti Chris-  
tiani colatis Deum, qui est purus spiritus, plo-  
nus omni gratia et sapientia, quique haec ipsa  
spiritualita sua dona abunde in vos effudit, uti ex-  
perimenti: agnoscite ergo gratiam a Christo vobis  
factam, agnoscite mutationem vestram, agnos-  
cite et collite horum omnium antem Christum,  
et Spiritum Sanctum. Patet ex eo quod sequitur:

3. IDE NOTUM VOBIS FACIO, QUONIAM NEMO IN SPI-  
RITU DEI LOQUENS, DICIT ANATHEMA JESU. — Nota:

et ideo deducit hunc versum ex precedenti,  
ejusque finem et scopum indicat et explet, q. d.

Ideo Ideo renovari vobis memoriam vestri gentilismi,  
et vestrorum idolorum mutorum, ut minimus

Ven. 2.

ognoscatis, et digne ponderetis astimatisque vo-  
cationem vestram ex gentilismo, ubi simulacra  
muta invocabatis; et gratiam Spiritus Sancti,  
quam adepti estis in christianismo, ubi non idola  
muta, sed Christum et Spiritum Sanctum aditis  
et invocatis, ab eoque dona linguarum aliaque  
recipiatis, ut sciatis fecundum et facendum esse

Ques-  
timus?

Spiritum Sanctum pre multis idolis, qui vos facil-  
iter disertos, tam sapientes, tam divinos; agnos-  
cite ergo Spiritus Sancti potentiam, ut non con-  
tentatis amplius, uti soletis, de gratiis gratis da-  
tis, cum omnia habeatis a Spiritu Sancto, quia sua  
dona distribuit, prout vult; et qui minoris acce-  
pit, non doleat; et qui majora, non superbiet.  
Ita Chrysostomus.

NEMO IN SPIRITU DEI (per Spiritum, vel habem  
Spiritu Dei) LOQUENS, DICIT ANATHEMA JESU, —  
id est, maledicit Iesus christum. Greco

tim he  
neciam  
sit esse  
christia-  
num?